



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

30 Januarij. 3 Cal. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

*lacionem: semen modicum est, magnus  
exinde fructus exurgit. Fortè in-  
pidum est, fortè acerbum, fortè gra-  
num sinapis. Non consideremus, quæ  
inveniuntur, sed quæ non inveniun-  
tur in eo: quæ enim inveniuntur,  
temporalia sunt; quæ non inveniun-  
tur, aeterna.*

Tribu-  
latio  
quo ani-  
mo fe-  
renda.

(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

30 Januarij. 3 Cal. Febr.

**B.** ÆGIDI, cognomento Amice; *Floruit*  
Abbas monasterij de Baudeloo. *circa*  
Qui in vastissima illa tunc temporis e- *annum*  
remo Angelicam vitam ducens, igno- *1230.*  
tus esse mundo, tibi que mundum cu-  
piebas. At sanctitatis tuæ fama, quasi  
sonora quædam, & densi illius Luci  
(id enim sonat Baudeloo) fragore au-  
cta vox, ita per Belgium increbuit: ut  
catervatim accurrentibus virtutum tu-  
arum æmulatoribus, Cœnobium in  
maximam amplitudinem excreverit.  
Quæ quidem ultra tria sæcula immo-  
bilis stetit: donec furibunda hæresis  
veneranda illa antiquæ pietatis monu-  
menta funditùs evertit. Sed Phœni-  
cem nimirum genueras, qui è suis cine-  
ribus redivivus, hac ætate in civitate

D 5

Ganda.



Beata  
solitu-  
do.

Gandavensi novo splendore, tam di-  
sciplinæ regularis quàm ædificiorum  
alas explicat. *Habitem & ego in solitu-  
dine cordis mei, procul à rebus omnibus,  
quæ sunt mundi: cum mundus, si verè  
consideretur, nihil sit aliud: quàm malo-  
rum sentina, animarum naufragium, vi-  
tiorum schola, & præceptum ad interitum  
via: viceversa, beata solitudo (ut cuiusdam  
sancto placuit) sit sola beatitudo.*

S. BERNARDUS, *serm. 40. in Cant.*

Solitu-  
do ubi-  
que in-  
venitur

*De cetero sola indicitur tibi mentis,  
& spiritus solitudo. Solus es, si non  
communia cogites; si non affectes præ-  
sentia; si despicias, quod multi suspi-  
ciunt; si fastidias, quod multi desi-  
derant.*

(—)(—)(—)(—)(—)(—)(—)

31 Januarij. Pridie Cal. Febr.

Vixit  
anno  
1529.

B. MARIA à Matre DEI: quæ Ve-  
lum Cisterciense in Jependi mona-  
sterio susceptum, velut aurum suum,  
quo includitur, gemma, tuis virtuti-  
bus exornasti. Unde majoribus curis  
idonea, ad construendum novum mo-  
nasterium in villa de Pinto prope Ma-  
dritum emissa; illud glorioso titulo  
Imma-